



CONGREGATIO DE CULTU DIVINO
ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Prot. N. 241/21

ITALIÆ

Beatum Nicolaum Stensen, episcopum Titiopolitanum, qui, Dania oriundus, unus ex clarissimis temporis suum rerum naturæ inquisitoribus exstitit, sed catholicam fidem professus, Deo in tutelam veritatis servire cupiens presbyter factus est, dein episcopus ordinatus ad Europæ septemtrionalis missionem omnem curam impendit, Geologi Italiæ peculiari cultu prosequuntur.

Inde Conferentia Episcoporum Italiæ, communia excipiens vota, electionem beati Nicolai Stensen, in Patronum apud Deum Geologorum italici approbavit.

Idem vero, Eminentissimus Dominus Gualterius Card. Bassetti, Conferentiæ Episcoporum Italiæ Præsides, litteris die 28 mensis aprilis 2021 datis, enixe rogavit ut electio et approbatio huiusmodi, iuxta Normas de Patronis constituendis, confirmarentur.

Congregatio porro de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, vigore facultatum sibi a Summo Pontifice FRANCISCO tributarum, attentis expositis, precibus annuit atque

BEATUM NICOLAUM STENSEN
PATRONUM APUD DEUM
GEOLOGORUM ITALIÆ

confirmat.

Contrariis quibuslibet minime obstant.

Ex aedibus Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum,
die 18 mensis maii 2021.

✠ Artūrus Roche
Archiepiscopus a Secretis

R.P. Conradus Maggioni, S.M.M.
Subsecretarius